ecclesiae firmiter observandis com-
mune Pisanum deposuit penes Ro-
manam sedem Apostolicam ~~libras~~
~~triginta milia~~. xxx^m.

Conrado secundo rege Siciliae ad-
veniente ad civitatem Pisanam,
commune Pisanum ob gaudium in-
de ~~per~~ (precon) ceptum, litteras suas com-
muni castelli Franchi aliisque
communibus suae partis per
Tusciam destinavit per Gilionem
nuncium Pisani communis, cui
dictum commune castelli Fran-
chi nichil exhibuit; immo in con-
temptum praedicti Conradi regis
Siciliae, homines ipsius commu-
nis derisive clamantes dicebant,
quod Pisani alium hominem fe-
cerant venire in similitudinem
dicti regis. Excellentissimus rex
Conradus secundus quondam alte-
rius regis Conradi, intravit civi-
tatem Pisanam, cum primo venit
de Alamannia, MCCLXVIIII ~~1269~~. indict. XI die
Sabbati sancti, intrante mense
Aprilis; et venit tunc per por-
tam Dogathiae, tempore domini
Bartholomei de Sappo vice Pi-

c) pisanis V.
libras triginta milia B.
b) pis V.
c) perceptum B.
nihil exhibuit, immo B.
Dni V. (regis B) c) contemptum V.
d) Corradus B.
d) iter V.
Alemannia B.
sabbathi B. e) intr. 7.
c) aprelis V.
f) de gathie V.
d) soppo VB